

Ezechiel

366

E Introducte me in templum: et mensus est frontes sex cubitos latitudinis hinc: et sex cubitos latitudinis inde: latitudinem tabernaculi. Et latitudo porte decem cubitoꝝ erat et latera porte quinqꝝ cubitis hinc: et quinqꝝ inde. Et mensus est longitudinem eiꝰ quinquaginta cubitoꝝ: et latitudinem viginti cubitoꝝ. Et introgressus intrinsecus mensus est in fronte porte duos cubitos et portam sex cubitoꝝ: et latitudinē porte septē cubitoꝝ. Et mensus est longitudinem eiꝰ viginti cubitoꝝ: et latitudinem eiꝰ viginti cubitoꝝ ante faciem templi. Et dixit ad me. Hoc est sanctum sanctorꝝ. Et mensus est parietes domꝰ sex cubitoꝝ: et latitudinem lateris quatuor cubitoꝝ vndiqꝝ ꝑ circumitum domꝰ. Latera autem latus ad latus bis trigintatruꝝ. Et erant eminentia que ingredientur per parietes domus in lateribꝰ ꝑ circumitum vt contingerent: et non attingerent parietem templi. Et platea erat in rotundū ascendens sursum ꝑ cochleam: et in cœnaculū templi deferebat ꝑ gyrus. Idcirco latius erat templum in superioribꝰ: et sic de inferioribus ascendebat ad superiora: et in mediū. Et vidi in domo altitudines ꝑ circuitus fundata latera ad mensuram calami sex cubitoꝝ spatio: et latitudinem per parietem lateris forinsecus quinqꝝ cubitoꝝ. Et erat interior domꝰ in lateribꝰ domus. Et inter gæcophylatia latitudinem viginti cubitoꝝ in circumitū domꝰ vndiqꝝ. Et ostium lateris ad orationem: ostium vnum ad viam aquilonis: et ostium vñ ad viam australem: et latitudinem loci ad orationes quinqꝝ cubitoꝝ in circuitū. Et edificiuꝰ qđ erat separatum versumqꝝ ad viā respicientem ad mare: latitudinis septuaginta cubitoꝝ: paries autē edificij quinqꝝ cubitoꝝ latitudinis ꝑ circumitū: et longitudo eiꝰ nonaginta cubitoꝝ. Et mensus est domꝰ longitudinē centū cubitoꝝ: et qđ separatum erat edificiuꝰ et parietes eius longitudinis centum cubitoꝝ. Latitudo autē ante faciem domꝰ: et eiꝰ qđ

erat separatum ꝑ orientē centum cubitoꝝ. Et mensus est longitudines edificij contra faciem eiꝰ qđ erat separatum ad dorsum hextecas ex vtraqꝝ parte centū cubitoꝝ: et templum interius: et vestibula atrij: limina et fenestras obliquas: hextecas in circumitu per tres partes contra vnus cuiusqꝝ lumen stratumqꝝ ligno ꝑ gyrꝰ in circuitū. Terra autē vsqꝝ ad fenestras et fenestras clausę super ostia: et vsqꝝ ad domū interiorē et forinsecus et omnem parietem in circuitū intrinsecus et forinsecus ad mensurā: et fabricata cherubin et palmę. Et palma inter cherub et cherub. Dualqꝝ facies habebat cherub: faciē hominis in palmam ex hac parte: et faciem leonis in palmam ex alia pte expressam. Per omnē domꝰ in circumitū de terra vsqꝝ ad superiorē pte: cherubin et palmę celatę erant in pariete templi. Lumen quadrangulum: et facies sanctuarij aspectus contra aspectus. Altaris lignei trium cubitoꝝ altitudo: et longitudo eiꝰ duorum cubitoꝝ: et anguli eius et longitudo eius et parietes eius lignei. Et locutus est ad me. Hęc est mensa corā domino. Et duo ostia erant in templo: et in sanctuario et in duobus ostijs ex vtraqꝝ parte bina erant ostiola que in se inuicem plicabant. Bina enim ostia erant ex vtraqꝝ parte ostiorum. Et celata erant in ipsis ostijs templi cherubin et sculptura palmarꝰ: sicut in parietibus quoqꝝ expressa erant. Quobrem et grossiora erant ligna in vestibuli fronte forinsecus: super que fenestras oblique et similitudo palmarꝰ hinc atqꝝ inde in humerulis vestibuli hinc latera domus latitudinemqꝝ parietum.

E Reduxit me in atrium exterius per viam ducentę ad aquilones. Et induxit me in gæcophylatium quod erat contra separatum edificiuꝰ: et contra eadem vergentem ad aquilonem: in facie longitudinis centum cubitos ostij aquilonis: et latitudinis quinquaginta cubitos cōtra viginti cubitos atrij interioris: et contra

¶